Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Super Septimo et Octavo articulis Hermanni testis credit articulos
quia semper et propie a quatuor annis audivit commendacionem ipius
pri Leopoldi
Super Nono articulo incipiens Item qd sepius conti infideles &c et decimo
articulo Hermanni testis dixit sibi non constare articulata
Super Undecimo articulo incipiens Item qd toto tempore vite sue &c Hermanni
testis credit articulum verum quia hodie talis reputetur
Super Duodecimo articulo incipiens Item qd propter bona opera sua &c Her-
manni testis fatetur articulum fore verum cum sam sterile iecdit quia hodie
de hoc est publica vox et fama
Super Tredecimo articulo incipiens Item qd a sede apostolica &c Hermanni testis
dixit sibi non constare Simile ner de articulat in quartodecimo articulo
Super Quindecimo articulo incipiens Item qd omnia bona que erant &c testis
Hermanni credit articulata fore vera in finem ut articulatur
Super Sedecimo articulo incipiens Item qd tempore vite sue &c Hermanni
testis respondit prout supra in proximo quindecimo articulo
Super Decimo septimo articulo incipiens Item qd post mortem suam &c Herma-
nnus testis fatetur articulum quia opera causa ipse testis et alii in periculo
constituti ipsum Leopoldum tamquam adiutorem fidele invocaverunt
Super decimo octavo articulo incipiens Item qd de predicto omnibus &c Herma-
nni testis fatetur fama nunc a quatuor annis exorta hinc inde in diuersis
locis et ex causa ipsa peregrinaciones ad beatum Leopoldum fiunt
Super Decimonono articulo incipiente Item qd post mortem suam clarum &c
Hermanni testis fatetur eundem transam allegat et respondendo dixit qd
dum de anno septuagesimo in Vigilia sancti Bartholomei de mense Au-
gusti ipse testis pistator ac alii tres laici pistatores necnon corpleban[illegible]
dus Caspar in quadam Navicula parua transierunt in aquis danubii
volentes proficisci cum pistis ad Wiennam supuenit adeo validus ventus
et tempestas qd ipi reliqerunt instrumenta nauigacionis pressi per ventum
et fluctus ita qd quasi sub duobus montibus quicq constituti videbantur
navicula suppressa aqua ipi laici ac plebanus ultra mediietatem corporis
in aquis ad minus per quartale vnius miliaris fluxerunt et nichil &c lenamen
habuerunt nisi qd se circumando arripuerunt foramina parua in navicula
existencia ad que instrumenta nauigacionis colligunturque apprehenderunt
ac se ne eos fluctus et ventus ac procellae a navicula separarent tenuerunt
ipsisq sic in periculo in aquis fluentibus invocaverunt omnes quibus potuerunt
beatum Leopoldum pro gratia et auxilio ipis apud deum impetranda et dum